



## **Jus Canonicum Practice Explicatum**

Seu Decisiones Casuum Ad Singulos Decretalium Gegorii Papæ IX. Titulos,  
& ad Consuetum Referendi Modum accommodatæ

Complectens dimidiam Decretalium Partem, videlicet nonaginta duos  
Titulos, nimirum usque ad Titulum XX. Libri de Feudis exclusivè

**Pichler, Vitus**

**Ingolstadii, 1728**

Quæst. An causâ & lite jam cœptâ liceat mutare Advocatum semel  
constitutum?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62305)

Commune Imperii Publicum, cujus ignorantia non toleratur in transigentibus, sed scientia præsumitur. Quare frustra ex eo capite transactionem infirmare conantur, quòd ignoraverint Instrumentum publicæ Pacis; præterquam quòd nec instrumenti privati, postea primùm reperti vel comperiti, exceptio ad transactionem elidendam audiatur. c. 1. §. l. 5. 15. 19. 20. C. de transact.



# TITULUS XXXVII.

## De Postulando.

### DECISIO XXXVII.

#### De Mutatione Advocati.

#### SPECIES FACTI.

**A**lipius Civis Monacensis præten- dit in Judicio debitum 500. florenorum ab officiali aulico, atque ut id certius citiusque obtineret, durante lite repudiavit priorem, quem elegerat, Advocatum, ac alium à felicitate simul & peritia tractandi causas celebrem, & à vicino sibi mirè de prædicatum constituit. Priùs tamen ex alio rerum admodum perito Juris consulto

#### QUÆRIT,

*An Advocatum semel constitutum causâ & lite jam capta mutare possit?*

**N**on posse in speciem probat I. Paritas cum ipso Advocato, qui post ceptam litem, quam semel in se suscepit, poenitere non amplius potest, aut clientem suum deserere renuntiando liti absque justa causa. l. 13. §. 9. C. de Judic. Wesenbec. de Advocatis n. f. in fin. saltem quamdiu durat prima instantia: ergo nec litigator & cliens renuntiare Advocato, ut æqualis sit utriusque conditio. II. Paritas cum Procuratore, quem semel

CON-

constitutum litigator mutare nequit sine justa causa, eaque à Judice cognita. *l. post litem 12. seqq. ff. de Procurat.* ergo nec Advocatum eidem mutare licet, imò minùs, quia munus Procuratoris de Jure est longè inferiori munere Advocati. III. Textus in *l. 14. §. 1. v. hocque subsecuto C. de Judic.* ubi negatur licentia litigatori ad alterius patrocinium convolandi, seu alium Advocatum eligendi.

Nihilominus rectè respondit Alipio, quem consuluit, Juris - Consultus, dum id ei licitum esse asseruit propter ultima verba *l. 13. §. 9. cit.* quæ sic habent, *nisi ipse litigator alium pro alio patronum eligere maluerit*; quibus verbis arbitrio litigatoris permittitur retinere antiquum, vel eligere novum causæ suæ patronum. Accedit ratio; quia præstare patrocinium in lite est exhibere beneficium litiganti vel clienti: sed beneficium non datur invito. *l. 69. §. 1. 156. §. 4. ff. de R. l. & invito nemo defenditur. l. 45. ff. de Procurat. pr.* ergo litigans non tenetur invito retinere Advocatum semel electum, sed potest ei, ejusque patrocinio renuntiare.

Opposita non multùm urgent. Ad I. Negatur *Cons. & paritas*; nam Advocatum Jura adstringunt ad litem pro viribus usque ad finem prosequendam. Dein sæpe alius patronus haberi nequit, vel negotii qualitas non patitur

alteri rem confidere, imò potest periculum, ne Advocatus clientem deferens ejusdem jura pandat ad alteram partem. Ad II. Negatur iterum patrocinium, quia Procurator post litem contestatam fit litis dominus. *l. 23. C. de Procurat. c. 1. eod. in 6. §. 1.* ergo mutus & absque justis causis, & quibus expressis in *l. 17. seqq. ff. §. l. 22. de Procurat.* mutari nequit. Advocatus verò non fit litis dominus. III. Ex *d. l. 14.* hoc eruitur, quod mutari non possit Advocatus, qui iuramentum juxta formam in *l. cit.* scriptam præstitit, nempe quod *seculò suo clienti servire, omnique re te sua ac ope, quod justum verum existimaverit, propugnare, quod casam clientis credat justam, & si progressu eam esse injustam cognoverit, illam derelinquere velit.* In *Ca.* Imperiali quando assumuntur Advocati, adhuc alia jurare debent, nempe quod nec *de quota litis possessione nec callidis conventionibus quidquam licitè extorquere velint à clientibus, nec causarum secreta pandere, neque patrocinia semel suscepta sine justa causa & in fine ante finem litis dimittere.* Et quod iuramentum initio susceptum mutari non repetunt ad initium causæ, nisi iuslibet susceptæ litis. Ubi igitur hoc iusmodi iuramentum non præstitit Advocatus, à litigatore mutari non prohibetur.

